



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Theologiae Speculativæ Scholasticis Prælectionibus Et
Exercitiis Accommodatæ Libri IV**

Haunold, Christoph

Ingolstadii, 1678

Contr. III. Vtrum Gratia Habitualis, aliquæ dona supernaturalia fuerint in
Christo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82733)

detur distinguendo majorem. quod est impossibile ratione suæ propriæ excellentiæ, concedo majorem, quod est impossibile præcité propter connexionem cum alio, habente illam excellentiam, nego majorem, & dist. min. negatur conseq.

Objicies 2. Sancti Patres extollunt vniorem hypostaticam super omnia dona creata: ergo etiam supra Gratiâ habitualementem: sed non esset supra hanc extollenda, si non magis quàm hæc sanctificaret. Ergo. R. Vniorem extolli non propter suam propriam excellentiam secundum se consideratam, sed propter terminum quem infallibiliter secum affert. Itaque magis sanctificat ut *Quo*, quàm Gratiâ ut *Quod*.

270. Objicies 3. Sanctitas aliud non est, quàm conjunctio cum Deo: sed Vnio hypostatica est conjunctio cum Deo: ergo. Vel sic; Ideo Gratiâ est sanctitas, quia est conjunctio cum Deo: sed Vnio est etiam conjunctio cum Deo, & quidem realis, cum Gratiâ tantum sit conjunctio Metaphorica & intentionalis, quatenus est radix Visionis Dei. R. Distinguendo ma. Sanctitas est conjunctio cum Deo tanquam amabilitas cum amante, concedo: tanquam vinculum ipsius amabilitatis cum subjecto amando, nego ma. & eodem modo dist. min. Negatur conseq.

CONTROVERSIA III.

Utrum Gratiâ Habitualementem, aliâque dona Supernaturalia fuerint in Christo.

271. **A**ffirmativam Sententiam, quæ est communis omnium Theologorum, quàmque censet Vadingus haberi ex traditione, probat mirabili ratione Recentior Hispanus. Sine hac Gratiâ habituali Christus tantum fuisset amabilis seu Amicus passivè, quod est, esse *Sanctum*, non autem amabilis seu amicus activè, quod est, esse *justum*, hoc est, rectè ordinatum ad Deum. Porro ad hunc effectum formalem *justi*, non sufficit habere meram potentiam amandi seu radicem, hoc enim haberetur sufficienter per Sanctitatem increatam, sed requiritur, ut habeatur actualis amor, & quidem amor vitalis. Quâ verò ratione Gratiâ sanctificans sit hujusmodi amor, explicat in hunc modum. Supponit ex philosophia, actus vitales procedere per actionem distinctam, & esse terminos, qui aliquantulum permanent,

postquam jam transijt actio vitalis, & anima inveniunt, verè denominare adhuc volentem, amantem, &c. Deinde docet iste Recentior, quod Gratiâ Sanctificans sit hujusmodi amor, quidem ex se est talis forma, quæ potest naturaliter produci actione vitali ab anima, defacto tamen ait non produci vitaliter, sed à Deo, quia si vitaliter, produceretur, non duraret diu, sed consumeretur: à Deo autem producitur, & conservatur incorruptibiliter, nisi destruat per peccatum.

Hæc est probatio, fundans Sententiam tantam in principijs plusquàm dubijs, & multo magis quam probandis. Itaque hac probatione positâ,

272. Probo Conclusionem, ad mentem Thomæ q. 7. a. 1. Vel Gratiâ sanctificans naturaliter distinguitur ab habitu charitatis vel non: non distinguitur, Gratiâ erat Christo connaturaliter necessaria ad eliciendos actus charitatis, quàm principium intrinsecè & connaturaliter ens ad actus supernaturales Charitatis. Distinguitur, erat saltem connaturalis radii habituum.

Objicies. Verbum unum erat sufficienter radix habituum, eosque exigebat: nec est aliquid, easdem passiones debere diversis spectantur. v. g. Lux convenit igni & soli: ergo habitus possunt debere ratione vniorem hypostaticam, etiam absente Gratiâ: ergo Gratiâ est superflua. R. cum Cardinale de Lugo. Verbum unum non exigere habitus nisi mediante Gratiâ. Ratio est, quia Verbum non habet in se determinatam mensuram, cui debeat commensuratum incho habituum: at verò Gratiâ est mensura habituum. Et licet respectu Gratiâ Verbum etiam mensura non sit, hoc non obstat: quia Gratiâ natura sua non exigit mensuram, sicut ceteri habitus, qui semper augentur ad augmentum Gratiâ.

273. Probatur Conclusio 2. ex eodem Thomæ. Congruum erat, ut Christus etiam esset sanctus eo genere sanctitatis, quod volebat in homines derivare. Unde dicimur omnes de potentia ejus accepisse Jo. 1. & Gratiâ pro Gratiâ: quo sensu etiam dicitur Christus esse vitis & nos palmites. Nec obstat, quod probatur Gratiâ Christi sit diversæ rationis speculativa

à nostra. Satis enim est, esse ejusdem Generis & ordinis.

